Fragmentarium

suo cordis immolantes domino mactent. Sed solummodo lacri-
marum et orationes emota pro desiderio regni caelestis
offerunt. Verum quia nemo repente fit summus, sed per ab-
olitionem carnalium uoluptatum sollicita ad desid-
erium caelesti conscenditur, non praetermisit scriptura in
mistica domus domini factura. Et illorum ponere figuram
qui carnales adhuc in se concupiscentias, qui militant
aduersus animam, flamma superni amoris incendere
laborant. Quae tamen his corde siue corpore suo extir-
patis consequenter ad maiora possint ascendere hac
deo spiritalium thymiamata orationum et conpunctio-
nis offerre. Factum namque erat illud altare ad offeren-
da uictimas. Multo quidem maius sed quantum
magnitudine praestans, tantum situ loci et specie
metalli inferius. Nam et de aere factum et ante
fores erat positum templi, in quo illi nimirum sunt figu-
raliter expressi qui tali deuotione domino deseruiunt. Ut
caro adhuc eorum concupiscat aduersus spiritum et spiritus
aduersus carnem. Soleantque dicere qui mente ser-
uimus legi dei, carne autem legi peccati. Qui cum in
certamine carnis edomare fluxa luxoriae restringere
frequentabus ieiuniis et orationibus uigiliis et elymo-
sinis ac ceterisque fructibus spiritus ad tranquillitatem
castimoniae deo digne ascendere contendunt. Quid
nisi uictimam illi succedentiones immolant inplentes
illud apostoli quo obsecrat nos per misericordiam

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_322_f153v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5328)